



DISSERTATIO XIX.

De

THESAURIS.



Vamobrem Tibijam, Lector amice in publicam eruditorum scenam dederim latebris suis extractam denudatamque avaritiam, altius repetere, vel profundius supervacuum æstimo te meditari. Audit siquidem illa omnis improbitatis metropolis Bioni, *Stob. sermon. 10.* latentium lucrorum indagatrix *Valerio lib. 9. cap. 4. in princ.* quid? manifesta prædæ avidissima vorago; quæ nec habendi fructu felix & cupiditate quærendi undiquaque miserrima evadit. Hinc multos videre licet alieni rapacitate contabescens, tantoque majores sitientes divitias, quanto plures ipsis usque dum belluose epotæ. Alios in terræ visceribus cuniculos agitare juvat, desperantes scilicet seminos vix demum in sublunaribus lucellos. Alios penitus experiris proximitatis benè vivere formidantes, qui ea propter facultates per nefas corras tenebris obliviosè demandant, cervorum instar, cornua dejecta, si modo non fabulosus *Plinius (lib. 8. c. 32.)* operosius in loca abdita reponentium; fartean ne, ut hæc tanquam mali veneni robustissimum antidotum; ita & illæ, ceu rerum gerendarum fortissimus nervus, mortalibus emolumento cedant atque sanitati. Alios denique animadvertis, adeò diripiendi metu adactos, suasque opes & pecunias cistæ concedere desperantes, ut eosdem vel coti suum, si possibile, aurum in futuros tutò diceres. Inde non rarò multa post secula muticus demum detegitur nummus, qui, propter memoriæ defectum, æquè ac deponentis incertitudinem, varios in orbe motus Juri positivo est causatus; de quibus pronunc sub *Thesauri* nomine quædam tra-